Horatius Flaccus, Quintus; Locher, Jakob [Hrsg.]: Opera

Straßburg, 12.III.1498 [GW 13468] [Sack 1887] Seite 178a



l VILIVS argentum. Causam quare diuitias virtuti p̄ponat ostendit esse quod ipe pluris eas ex vulgi opinionē faciat quam virtutē. Et vulgus inducit ita loquens.

m HEC ianus. Hic intelligit Ianū pro mercatoribus a quibus colitur. quoniā templum suū habebat inter duo foca & propterea dixit ianus summus ab imo. q. d. si incipias ab ima parte vnius fori vsq; ad summam alterius omēs mercatores hoc clamabunt. habebat autem plura tēpla ianus sed in hoc sacratus erat. cuius rei testimonio est. Oui. in lib. fasti. cuius versus sūt. Cum tot sint iani cur stas sacrat⁹ in vno. Hinc vbi iuncta foris templa duobus habes. Erāt autem fora boarium & piscarium.

n SI quadrīgētis. & c. Sensus. Quamuis sit tibi animus. i. sapientia & mores. i. virtutes morales ī vtraq; philosophia. et si ad tantam doctrinā atq; probitatē addas linguam & fidem. i. eloquētiam adiunctam probitati. Que quidem res faciunt hominem perfectissimū & absolutissimū. vt iure possis nobilissimus appellari et desint tibi sex vel septem ad summā equestrem. non inter senatorium aut equestrem ordinē sed inter plebē annūeraberis.

o PVERI ludentes. Erat enī a priscis illis optimis viris qualis fuit aut Curi⁹ quē neq; pyrrhus neq; samnites corrūpere potuerunt. aut camillus. cuius virtute roma a gallica seruitute erepta est. Erat inq; carmē pueris institutū quod illi canerent cuius esset sententia eum vere regē esse qui recte ageret

p PALLESCERE. Nam scelera a nobis cōmissa semper nos vexant & stimulant conscientia. hic recte Iuuena. prima est hec vltio quod se iudice nemo nocens absoluitur. Et paulo infra. Nocte dieq; suum gestare in pectore testem. Spartano cuidā respondit pythia vates.

minus valens — est vilius.
l
Vilius argentum est auro virtutibus aurum.
acquirenda

O ciues ciues querenda pecunia primum est
querenda — mercator
m
Virtus post nummos: hæc ianus sūmus ab imo
assidue — iterum canent — ab alijs
qꝫ placet eis
Perdocet: hæc recinunt iuuenes dictata senesq;
sinistro — i. habentes loculos supensos
Leuo suspensi loculos tabulamq; lacerto:

n
Si quadringentis sex septem milia desunt:
sis sapiens — morales virtutes — pbitas
eloquentia
Est animus tibi: sunt mores: & lingua fidesq;
in plebeio ordine sedebis. — confutat ratōem romanorū.
Plebs eris: at pueri ludentes rex eris aiunt:
i. iuste — in hac lege puerorū
firmus stabilis vt murus ex ere factus.
Si recte facies: hic murus æneus esto
sic scꝫ — i. nullam in se habere cōscientiam que est de malo
p
Nil conscire sibi: nulla pallescere culpa.
sententia roscij — plaudentis
sb — sit
Roscia dic sodes melior lex: an puerorum
cantilena puerorꝫ
r — nenia
Nenia: quæ regnū recte facientibus offert:
virtuosis — instituta — tribus est romanorum
tribus est romanorū
Et maribus curijs & decantata camillis
an ne ille — rectius — monet — vt — vtilitatem
s
Is ne tibi melius suadet. q̄ rem facias: rem
facere — vt decet.

Si possis recte. si non: quocunq; modo. rem
aspicias — carmina — p puppij.
t — v — x
Vt propius spectes lachrimosa poemata puppi
suadet ille. tibi melius — resistere — aduerse
y
An qui fortunæ te responsare superbæ.
a vitijs — non incuruatum vitijs
Liberum & erectum presens hortatur. & optat
sed — interroget.
z
Quod si me populus roman⁹ forte roget. cur
sicut fruor — sententijs — sequor
Non vt porticibus sic iudicijs fruar ijsdem.
postponā ea scꝫ — pplus romanus
Nec sequar: & fugiam. que diligit ipse. vel odit
illud scꝫ — q̄ se egrotū fingebat
calida
Olim quod vulpes ægroto cauta leone
respondebo
Respondit. referam. quia me vestigia terrent
leonem
Omnia te aduersum spectantia. nulla retrorsum

q ROSCIA lex. A roscio othone lata de qua dictū est. Sententia est. vtrū melior sit lex othonis qua incendimur ad rem augendam. vt possumus in quatuordecim ordinibus sedere.

r NENIA. Carmen funebre. de quo dictū est. sed hic laudes virtutis neniā appellat

s IS ne melius. Sensus. Nemo tam malus est qui nō diligat virtutem et oderit vitiū verū auaritia impulsi quod recta via nequeūt. praua querunt.

t VT propius. i. vt sedeas in quatuordecim ordinib⁹ qui propinquiores sūt orchestre in qua ludi agebantur.

v LACHRIMOSA poemata. Cuius argumentū ex miseriis que in eo continebātur lachrimas spectatoribus concitabant.

x PVPPI Puppius ea tempestate poeta tragic⁹ fuit. posuit autē huius fabulas pro omni spectaculo. puto autē ignobilem fuisse poetam.

y FORTVNE superbe: Quia nemine placabatur.

y QVOD si me. & c. Ostēderat se longe diuersam opinionem a populo habere cū nō in diuitiis vt ille. sed in virtute sūmū bonū ponat. Nūc affert rationē quare non vtatur eodem iudicio. quam tū ex apologo esopi promit. viderat olim vulpecula astuta fera multorū animaliū vestigia apud leonis antrū. sed ita tū vt oīa essent ingredientiū & non exeuntiū qua cōiectura rata. id quod erat ideo nō redire ingressas feras. quod leo illas voraret noluit ingre rogātiq; leoni cur nō ingrederetur. sic signa sunt que perniciem imitentur poetę non dari sibi reditū a vitiis si ad illa ingressus fuerit.

FF iiii

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/horatius1498/0359
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg